

SAN MIGUEL DE LOS SANTOS, TRINITARIO DESCALZO



La Orden de la Sma. Trinidad data de finales del siglo XII. Pero, como casi todas las Ordenes, tuvo su Reforma. Y como la de los Franciscanos y de los Carmelitas, el espíritu de Reforma y de mayor perfección se inició en España, naciendo la rama de los Trinitarios Descalzos a mitad del siglo XVI.

Actualmente es la única rama que ha sobrevivido. La rama primitiva fundó una casa en Roma entre el Corso y Vía Condotti y Borgognona, gracias a la munificencia del arzobispo y virrey del Perú, fr. Diego Morcillo y Auñon, a mitad del siglo XVIII. Nosotros hemos vivido muchos años en dicho convento y allí hemos podido seguir la historia de dicha casa que publicó el Rector de dicho Convento, P. Celedonio Blanco. El año 1880, de dicha Orden Calzada quedaba solo el General, de armas tomar, pero sin súbditos ni Estado mayor: en total cinco sacerdotes

viejos y tres Hermanos. La orden se extinguía, Y aunque Napoleón había vendido, el año 1810, la parte mejor de dicha casa, la que da a la calle principal de Roma, el Corso Umberto, no era de despreciar lo que quedaba, y la iglesia. El P. General, fr. Antonio Martín Biemes, veía inminente su desenlace, y hubo muchas propuestas para la que se llamaba transformación del convento. El Gobierno español proponía pasara a una sociedad para hospicio de sacerdotes transeuntes o más o menos fijos por razón de sus estudios u otras causas. Pero cuando llegaba la hora de firmar la cesión surgía de repente un obstáculo. Cuando el obispo de Cadiz fundó el primer Colegio Español, del que salió el vicense Joaquín Sellas, es de presumir que contaba con este edificio para Colegio. Es cierto el intento del P. Sol, cuando fué a Roma para fundar el actual Colegio Español, de obtener este edificio. Otras Congregaciones Religiosas recientes aspiraban y confiaban poseerlo; pero el año 1894, murió dicho General, sin haberse decidido nada, y el año siguiente fué atribuido a la Provincia del Santísimo Rosario de los Dominicos de Filipinas para Colegio de Misiones.

San Miguel de los Santos entró en la rama Primitiva de los Calzados, pero después de cuatro meses pasó a los Descalzos.

Cuando fué beatificado, José Lamarca hizo un grabado en cobre «a devoción R. P. Ex-Definidor P. Cipriano Sanz, Calificador del Sto. Oficio» representando al nuevo Beato arrodillado delante de la Trinidad. En la didascalía o título se lee que entró entre los Descalzos y que murió en la Descalcez. Lo único que se halla anómalo es el nombre: «B. Miguel (Argemir) de los Santos». En otras estampas se halla una verdadera confusión: «Trinitario Calzado de Barcelona». Los Trinitarios Descalzos protestaron ante la Congregación de Ritos, con la petición que transcribimos. La Congregación de Ritos, que seguramente no se había hallado nunca en casos parecidos, no se atreve a decidir nada: solo se pide nueva información para decidir. Y la decisión definitiva no la hemos hallado en el Archivo de Ritos por lo que es de suponer que los Trinitarios Descalzos no insistieron más en este asunto.

Eminentissimi et Rmi. Domini.

Fr. Nicolaus a Virgine, ord. discalceatorum SS. Trinitatis Redemptionis captivorum, et causarum beatificationis et canonizationis... Postulator, EE. VV. reverenter exponit:

Quod cum beatus Michael a Sanctis, annos sedecim natus inter PP. Calceatos O. SS. Trinitatis professionem emisserit, et paulo post, quatuor scilicet elapsis mensibus, ad Familiam Discalceatorum eiusdem Ordinis commigraverit, in eaque, emissa pariter professione, perpetuo ad obitum usque vixerit, postquam a SS. Domino N. P. Pio VI inter beatos relatus est, quidam in Hispania extiterint qui eius imagines in acre incidi, imprimi, et in vulgus edi curaverint in forma et habitu Calceatorum SS. Trinitatis, et quidem in actu repraesentante aliquam Beati, dum vixit, operationem ab eo inter Discalceatos factam: Quarum imaginum, altera (diversae enim sunt) nulla facta. Discalceatorum mentione, hanc epigraphem subiicit: Er



BEATO MIGUEL ARGEMIR TRINITARIO CALZADO; altera, licet beatum Michaelem inter discalceatos obiisse commemoret, eum tamen appellant cognomine gentilitio ARGEMIR; cuius facti veritas, cum constet ex ipsis imaginibus; quae sunt in manibus Eminentissimi Pontentis, Orator suppliciter ab EE. VV. quaerit, liceat ne an secus praedicto modo Imagines beati Michaelis a Sanctis depingere?

Rationes dubitandi duae occurrunt Oratori; prima quod cum b. Michael cognomen a Sanctis in Familia Discalceatorum, omisso cognomine Argemir, de more,



EL B.º MIGUEL ARGEMIR TRIN.º CALZ.º DEL CONU.º DE BARNA.

institutoque assumpserit, cum sub eo vocabulo Causa Beatificationis et Canonizationis eius introducta fuerit, et processerit, cum Decreta huius sac. Congregationis ita eum constanter appellaverint, ac denique SS. D. N. Pius VI in suo brevi beatificationis beatum Michaelem a Sanctis, hoc expresso nomine, Beatorum cathalogo adscriperit, minime decere videtur, ut hoc cognomen in eius imaginibus supprimatur, eiusque loco substituaturn cognomen Argemir: sicut eisdem de causis in imaginibus s. Theresiae a Iesu, et s. Iohannis a Cruce dedeceret, si suppressis cognominibus a Iesu et a Cruce, substituerentur antiqua cognomina: Zepeda, Ahumada et Yepes, quod quidem nullus fecit.

Altera ratio in re praesenti magni momenti est; nam sacra haec Congregatio approbavit Statutum quoddam Capituli Generalis ordinis s. Francisci, Victoriae celebrati, in quo prohibetur in imaginibus, in sculpturis, elogis servorum Dei beatificatorum et canonizatorum suppressere statum in quo decesserunt: prout totum refertur a san. mem. Benedicto XIV in magistrali Opere «De servorum Dei beatificatione et Canonizatione», Lib. 4, Part. 2, Cap. 20, núm. 11. In dicto igitur statuto

sic legitur: «volens itaque Diffinitorum Generale talibus in posterum dissonantiis secundum Deum providere, consulto et mature decernit, quod si servus Dei... quia summo Pontifice fuerit beatificatus vel canonizatus sit ex Observanti et mortuus sit filius alicuius Provinciae vel Custodiae Observantis, tam in actis Causae, quam in picturis, sculpturis, laminis... exprimatur quod est ord. Minorum de Observantia; si vero fuerit ex Reformatis... explicetur, quod est Strictioris Observantiae, ita ut numquam particularis status, in quo mortuus est sanctus, sive sit observantiae sive Reformatorum, sive Discalceatorum, sive Recollectorum taceatur, aut status cum statu confundatur». Et infra: «dummodo in omnibus imaginibus, libris, et foliis exprimatur cuius membri Observantiae sanctus ille vel beatus in sua praetiosa morte filius fuerit».

Quibus ita expositis, Orator, aliae maturae considerationi EE. vV. expendenda relinquens, in hac quaestione humiliter postulat responsum.

Die 22 aprilis 1780.

R. *Dilata*, et audiatur Procurator Generalis Calceatorum eiusdem Ordinis SS Trinitatis Redemptionis Captivorum.

J. C. cardinalis Boschi (cardenal Ponente de esta Causa).

(Arch. Congr. Rit.: Positio 22 apr. 1780).

JOSÉ RIUS SERRA, pbro.